## In quibus caſibus vltra ſortem datum ex caritate recipe licꝫ Capitulum.iij.

Tercio poteſt homo recipere vltra ſortem ꝓpter debitū equitatis aut charitatis et hoc in caſu ſcꝫ quādo abſq; omni intentione vel pacto datur aliq̄d vltra ſortē. Sed limitandus eſt caſus iſte ſm illa que ſupra dicta ſunt ſermone.xxxvij.arti.iij.ca.iiij. Abolet in hoc caſu vſure vicium qꝛ vſura ideo illicita eſt..quia corrūpit liberalitatem et gratuitum quod in mutuo eſſe debet. gratuitū aūt nō deſtruit gratuitū. ſꝫ magis ad auget illud: ideo in tali caſu recipe licꝫ Eſt nihilominꝰ ad uertendū ſm durandꝫ ꝙ ſi mutuantis intentio corrupta fuerit ita ꝙ mutuum non dediſſet niſi ſub ſpe lucri tunc nihil recipere poteſt et receptum reſtituere obligatur .licet illud debitor dederit ex charitate ſiue ex quacunq; alia cauſa. Si tamē debitor ex ſola dilectione dat aliquid creditori nō poteſt illud repetere nec poteſt reſtitutionem ſibi conſulere: niſi forte habeat aliquid de ipſius creditoris bonis. Item ſm Tho. in queſtionibus de malo.q.xiij.arti.iiij.ad pn. ſic creditor licite poteſt minus recipere ſua propria voluntate ſic etiaꝫ ſua ꝓpria voluntate poteſt amplius dare debitor et ille cui dat licite id recipe poteſt. Ex p̄dictis patet ꝙ in multis caſibus prima fronte apparet ꝙ concurrat vſura: et tamen liciti ſunt contractus. Aſſit igit ex dei munere ipa caritas p quā quilibet veſtrū euadere poteſt vſurariā prauitatē Idipſuꝫ p̄ſtante dño noſtro ihu criſto. q̄ cuꝫ patre et ſpirituſctō regnat in gloria triūphali per infinita ſecula.

## Feria ſecūda poſt dñicam de paſſione quantū vſura aduerſet deo et vſurariū idolatrare facit. Sermo.xliij.

Si quis ſitit veniat ad me et bibat Ioh.vij. et in euangel. hodierno. Conſtat nempe eſſe duplicē ſitim. vnā quaꝫ generat amor dei. aliam quā generat amor ſui. p primā deſiderant eterna: per ſecundā vo concupiſcuntur terrēa. Una ſcꝫ p̄ma finē habet deū. ſcda vero mundū. Pria vo ꝑmanens expectat: alia vo tranſiens et deficiēs cōprobat. Impoſſibile quidem eſt aiam libertate preditam vna iſtarum carere: ſicut etiaꝫ impoſſibile ē vtrāq; in ſimul poſſideri. dño atteſtante. Mathei vj. Nō poteſtis deo ſeruire et mām̄one. Proinde eternoꝝ ſitis p̄eligenda eſt. Hec et illa q̄ ſatiat: illa vo cruciat: iſta reficit altera quideꝫ deficit teſte aplo.j.Corinth.xiij. dicente. Charitas nunq̄ excidit. De ſcda vo.j.Ioh.ij.dr Tranſit mundus ⁊ ꝯcupiſcētia eiꝰ. Ad p̄mā igit inuitat nos dñs in ꝓpoſito vbo dicēs. Si q̄s ſitit veniat ad me vt̄s. Ad ſcdaꝫ trahit mūdus ⁊ ꝯcupia eiꝰ. Hec ſcda cuꝫ plene captiuauit mētē ꝓrumpe facit in vſurariā prauitateꝫ q̄ cū creuerit maiorē ſitim cupidinis gignit: ſicut pleniꝰ in ſermone.xlv.cap.j. apparebit. Cū aūt vſura occupauerit hoiem infeliceꝫ facit eū impiū contra deū ſeuū et iniquuꝫ cōtra ꝓximū atq; nec̄ et prauū contra ſeipm. de illo primo agemus in p̄nti ſermone. de reliq̄s vo in ſequentibus dicturi ſumus. deniq; ad ſitim diuinoꝝ nos vocat dñs ſicut in ps.xlix ꝓpheta teſtatur dicens. Deus deoꝝ dominꝰ locutus eſt et vocauit terrā: a ſolis ortu vſq; ad occaſuꝫ. qd verbū poteſt eſſe aliud thema in p̄nti ſermone. In quibus vbis triplex vocatio inſinuat. Prima ē pſonalis. ſcda eſt naturalis. tercia eſt ſpūalis. Prima vo eſt pſōalis. et de hac ait. deus deoꝝ dñs locutus eſt. ſcꝫ carnē aſſūpſit et contemptū terrenoꝝ p̄dicauit. Proinde Ioh.xv. Si nō veniſſet et locutus fuiſſet eis. ſ. de contēptu mundi ⁊ vltra contra vſurā: peccatū nō haberent. Secūda eſt vocatio naturalis .et de hac ſubdit. vocauit terrā. id eſt terrenos et auaros. Tales aūt Ihere.xxij. āmonens dicit. Terra terra terra audi ſermonem dñi. Ecce terna citatio. Prima eſt corruptio naturalis. ſcda eſt infirmitas accidentalis. tercia eſt pemptoria citatio et finalis ſcꝫ ipa mors. tercia ē vocatio ſpiritualis: et de hac ſubdit a ſolis ortu. id eſt ab infantia in qua oritur eis ſol gratie per baptiſmū vſq; ad occaſum id eſt vſq; mortem in qua occidit eis ſol. id eſt omnis ſpes gratie ⁊ venie. Sed quid eueniet talibus contemptoribus diuinoꝝ et dilectoribus mūdanoꝝ atq; vſurarū p vſure conſiderationeꝫ intelligamus. Facit nempe vſura aduerſariū dei. non ſolū quia facit aduerſari triplici legi eius ſcilicet nat̄e ſcripte et gratie. verū etiam quia tres abhoiatōes ſeu abhoiabiles impietates gnānt ꝯ deū i aīa. p̄mo em̄ fac̄ deū d̄relinq̄re ſcd fac̄ idolatrare. tercio fac̄ deū impugnare.

### Articulꝰ primꝰ ꝙ vſura facit vſurariū i tota aīa ſua d̄eliq̄re deuꝫ.